

# Certamen Latinum MMXXV (celostátní kolo)

autoři: Bořivoj Marek (za CoRe), Martina Vaníková; grafika: Martin Pohl



Spolufinancováno  
Evropskou unií

MŠMT  
MINISTERSTVO ŠKOLSTVÍ,  
MLÁDEŽE A TĚLOVÝCHOVY



FILOZOFICKÁ FAKULTA  
Univerzita Karlova

Téma:

Politický konflikt v období římské republiky  
Cicero x Catilina

Výchozí zadání:

QUAESTIONES VENCESLAI MORAVI: Cicero x Catilina

[VIDEO ZDE](#)



**Meridiē Sōlis diē Īdibus Quīntilibus annō sescentēsīmō nōnāgēsīmō ab Urbe conditā, in televisiōne Imperii Rōmānī.**

**Dē quibus argūmentis sermō habēbitur post Quaestiōnēs hodiernās?**

**Quoniam suffrāgia ferenda mox erunt, primum inspiciāmus auspiciū avium, quod spectat ad singulās factiōnēs.**

**Dī, ut patet, favent Optimātibus et Nōbilibus Dissidentibus. Quam ob rem adsunt hodiē duo candidātī cōsulātūs, Mārcus Tullius Cicero, quem factiō Optimātum prōpōnit...**

CICERO: Salūtem dicō omnibus!

**...et Lūcius Sergius Catilīna, quī praeses est factiōnis Nōbilium Dissidentium.**

CATILĪNA: Salvēte, hominēs!

**Et statim incipiāmus: Cūr tibi, Mārce Tullī, Rōmānī suffrāgia ferre dēbeant?**

CIC: Quīritēs, dē summā salūte vestrā populīque Rōmānī, dē vestrīs coniugibus ac liberis, dē ārīs ac focīs, dē fānīs atque templīs, dē tōtius urbis tēctīs ac sēdibus, dē imperiō ac libertāte, dē salūte Ītalīae, dē ūniversā rē pūblicā dēcernite diligenter ac fortiter. In mē enim habēbitis eum cōnsulem, quī et pārēre vestrīs dēcrētīs nōn dubitet et ea, quae statueritis, quoad vīvet, dēfendere et per sē ipsum praestāre possit.

CAT: Sī quandō loquī dēsinat...

**Et tū, Sergī Catilīna, quid Rōmānī abs tē exspectāre possunt?**

CAT: Nōbilī genere sum nātus, magnā vī et animī et corporis...

CIC: Sed ingeniō malō prāvōque...

**Sine collēgam pergere loquī, quaesō!**

CAT: Corpus meum patiēns est inediae, algōris, vigiliae, suprā quam cuiquam crēdibile est.

CIC: At eī ab adulēscentiā bella intestīna, caedēs, rapīnae, discordia cīvilis, grāta fuēre...

**Domine senātor, nōlī interrumpere ōrātiōnem domini senātōris!**

CAT: Animus meus est audāx, subdolus, varius, cuiuslibet reī sum simulātor ac dissimulātor, aliēnī adpetēns, suī profūsus, ārdēns in cupiditātibus; satis ēloquentiae...

CIC: Sapientiae parum.

**Bene, grātiās agō vōbīs. Porrō: Pompēius nūper pācāvit Sŷriam et Pontum. Quō nunc? Quās aliās gentēs ad imperium Rōmānum adiungere velītis?**

CAT: Mihi placēret Gallia. Gallī comedunt rānās, cochleās et cāseōs. Mihi quoque placent tālia. Et bonum vīnum habent. Fortasse ibi villam emere possum...

**Quid putat Mārcus Tullius?**

CIC: Dēbēmus praesertim sociōs nostrōs dēfendere. At noster populus sociīs dēfendendis terrārum iam paene omnium potītus est.

**Trānseāmus ad difficultātēs domesticās. Ad litteram: Rōmae iam ferē nūlla vacua domicilia inveniuntur. Praesertim familiae iuvenēs numquam possunt tantam pecūniam facere, ut domicilium proprium habeant. Quid faciendum?**

CAT: Nūlla est difficultās! Omnibus dabimus villam. Nōn erit, quī nōn habitet.

CIC: At scīsne, quam difficile sit villam – vel potius villās! – cūrāre? Nōn est rēs digna invidendō! Sunt semper: pavimentum in ātriō, statuae in peristýlo, novum armārium in tablīnō, tēctum reficiendum, larārium obsolētum...

**Rem tenē, quaesō!**

CIC: Piscīna pūrganda, servī verberandī, papýrus emenda...

**Satis superque, domine senātor! Quid autem dē fame imminente? Cōpia frūmentī periculōsē minuitur.**

CAT: Nūlla est difficultās! Omnibus dabimus cibōs. Et cibōs optimōs, vīnum, coblichās... Nūlla est difficultās.

CIC: Immō māxima est difficultās! At signum habeō nōs posse frūmentum bonō pretiō emere in Aegyptō. Omnia faciam, ut bene eveniat.

**Bene. Pergendum est. Sergius Catilīna reus est dīversārum rērum. Autumātisne eum hīs condiōnibus cōsulātum petere posse?**

CAT: Sānē!

CIC: Minimē!

CAT: Certē!

CIC: Nūllō modō!

CAT: Sine dubiō!

CIC: Nūllō pactō !


**Hōra ruit et tempus fugit. Ut vidētis – semper idem. Ēligite, Rōmānī, prūdenter sapienter diligenter.**

**Quod bonum fēlix faustum fortunātumque sit!**

**Valēte!**

## Numerus avium singularum factionum

in summa sunt centum aves



Fons: Societas augurum excellentium Urbis Romae



## Labor Herculis tertius decimus

Quaerisne qui sit? Venias Romam et conare ambulare in viis. Ipse videbis. Nam affluentia vehiculorum commeatusque viarius Romae calamitas maxima ac infinita fit nec heros ille fama notissimus hanc cladem forsitan superare posset.

Via Sacra, Via Appia, Forum Romanum, Capitolium, Palatium... ubique sunt currus, bigae, trigae, quadrigae, carpenta, pilenta et equi ipsi.

Equi qui pabulo pessimo nec salubri vescuntur, quam ob rem flatus ventris creberrimos intolerabilesque divulgant. Praesertim locis, ubi et aurigae et equi extra modum congregantur, e. g. in Campo Martio – quin immo contra leges! – homines nec spirare nec ambulare possunt nisi oris tegumina gerentes. Multi morbi ad pulmones attinentes ubique iam occurrunt.



Difficultates in Via Appia

Nec loquor de concursibus curruum in viis ipsis! Omnes certe memoria tenent equum crassissimum, qui ante aliquot dies viginti quinque amphoras avenae

multas horas iacuit flatus post hominum memoriam pessimos edens! Qua via tunc ambulantes eundem erat? Quomodo potuerunt Quirites tantum odorem

anno a.V.c.	numerus curruum Romae	numerus hominum pulmonibus laborantium
I	I <sup>i</sup>	I
CCCIV	X <sup>ii</sup>	II
CCCCXXXIII	nullus <sup>iii</sup>	nullus
DCVIII	CCL	III
DCLII	MCCL	CCCLXXXV
DCLXIV	MMCCCLXII	MDCII
DCLXXI	MMMMDCCLXVIII	MMMXXVI
hoc	MMMMMMMMMMDCCLXIII	MMMMMMDCCLXXIV

<sup>i</sup> Romuli <sup>ii</sup> decemvirorum <sup>iii</sup> omnes equi et currus deleti sunt in clade Caudina

Comparatio numeri curruum et hominum pulmonibus laborantium

uno tempore devoravit, dein aliquot tantum passus fecit in Via Appia, crassitudine lassitudineque cecidit nec surrexit et in via

pati? Plus quam decem homines in nosocomium deportati sunt. At talia cottidie fiunt!

Difficultas vero tam magna

est, ut etiam factio Viridium adversus has res aperte pugnet. C. Antonius Hybrida, praeses factionis et consulatus candidatus, nobis dixit: „Iam non est Roma nostra, tranquilla, formosa, amabilis. Post decem annos currus erunt plures quam homines!“ Aliam vero opinionem Philhippos Persa prae-buit, factionis Aurigarum antistes: „Vivimus saeculo ab Urbe condita iam septimo! Tempora mutantur et nos mutamur in illis. Pedibusne nobis peragrandum est?!“

Pro certo autem habemus easdem difficultates non solum Romae, verum etiam Athenis, Alexandriae, Pragmae, Brundisii, Brunae multisque aliis locis iam exstare.

Utinam ergo novum Herculem haberemus!

Quintus Hortatulus Gula

## Usurae minuuntur: tempus ad praedium emendum

Praedium quom parare cogitabis, sic in animo habeto: uti ne cupide emas neve opera tua parcas visere et ne satis habeas semel circumire; quotiens ibis, totiens magis placebit quod bonum erit. Vicini quo pacto niteant, id animum advertito: in bona regione bene nitere oportebit. Et uti eo introeas et circumspicias, uti inde exire possis. Uti bonum caelum habeat; ne calamitosum siet; solo bono, sua virtute valeat. Si poteris, sub radice montis siet, in meridiem spectet, loco salubri; operariorum copia siet, bonumque aquarium, oppidum validum prope siet; aut mare aut amnis, qua naves ambulant, aut via bona celerisque. Siet in his agris qui non saepe dominum mutant: qui in his agris praedia sua non satis bene discol-

(continuatio)  
Pater familias. ubi ad villam

quaeque facta infectaque  
sient. nostridie eius diei

ti aliarumque rerum  
omnium Tibi ea cognovit

tempestates malas fuisse,  
servos auferuisse omnes

quae opera per imbrem fieri  
potuerint: dolia lavari.

(continuatio)

Prima adulescentia patrem familiae agrum conserere studere oportet. Aedificare diu cogitare oportet, conserere cogitare non oportet, sed facere oportet. Ubi aetas accessit ad annos XXXVI, tum aedificare oportet, si agrum consitum habeas. Ita aedifices, ne villa fundum quaerat nec fundus villam. Patrem familiae villam rusticam bene aedificatam habere expedit, cellam oleariam, vinariam, dolia multa, uti lubeat caritatem exspectare: et rei et virtuti et gloriae erit. Torcularia bona habere oportet, ut opus bene effici possit. Olea ubi lecta siet, oleum fiat continuo, ne corrumpatur. Cogitato quotannis tempestates magnas venire et oleam deicere solere. Si cito sustuleris et vasa parata erunt, damni nihil erit ex tempestate et oleum viridius et melius fiet. Si in terra et tabulato olea nimium diu erit, putescet, oleum fetidum fiet. Ex

## Quaestio huius diei: Quid Romae egetis? Quid Urbi nostrae addere velitis?




**M. Tullius Cicero**  
(OPT)

Urbs Roma umbilicus mundi est. Consules Romani totum paene orbem terrarum regunt et multa habent, quae civibus dicant. Huic tamen urbi locus ad orationes proferendas aptus omnino deest!



**L. Sergius Catilina**  
(FND)

Nuper de splendida villa rustica somniavi, cum forte obdormivissem, quae formam habebat nidi ciconiae... Vel potius interrogas de re, quae prosit nostris hominibus? Heus! Addam igitur Romae, quicquid homines velint!



**C. Antonius Hybrida**  
(VIR)

Primo systema quisquilias separandi instituendum est. Deinde pavimenta construenda, ut cives commode in viis ambulare possint. Tandem stercus mixtum municipale comparari velim.



**Philhippos Persa**  
(AV)

Est re vera difficillimum in hac urbe currum collocare! Ergo necesse est maximam aream ad currus collocandos quam primum construamus. Puto campum Martium esse locum idoneum huic consilio.



**Cn. Spartacus Redivivus**  
(AMV)

Amphitheatrum volumus dignum auctoritate populi Romani! Mente hercle finge: amphitheatrum IV tabulatis, quod L milia spectatorum facile contineat, ubi et gladiatores cum bestiis pugnent, et proelia navalia committantur.

### Pergimus legere

#### Αριστοτέλης ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ Α

Ἐπειδὴ πᾶσαν πόλιν ὀρῶ μεν κοινωνίαν τινὰ οὖσαν καὶ πᾶσαν κοινωνίαν ἀγαθοῦ τινος ἔνεκεν συνεστηκυῖαν (τοῦ γὰρ εἶναι δοκοῦντος ἀγαθοῦ χάριν πάντα πράττουσι πάντες), δῆλον ὡς πᾶσαι μὲν ἀγαθοῦ τινος

στοχάζονται, μάλιστα δὲ καὶ τοῦ κυριωτάτου πάντων ἢ πασῶν κυριωτάτη καὶ πάσας περιέχουσα τὰς ἄλλας. αὐτὴ δ' ἐστὶν ἡ καλουμένη πόλις καὶ ἡ κοινωνία ἡ πολιτική. ὅσοι μὲν οὖν οἵονται πολιτικὸν καὶ βασιλικὸν καὶ οἰκονομικὸν καὶ δεσποτικὸν εἶναι τὸν αὐτὸν οὐ καλῶς λέγουσιν (πλήθει γὰρ καὶ

ὀλιγότητι νομίζουσι διαφέρειν ἄλλ' οὐκ εἶδει τούτων ἕκαστον, οἷον ἂν μὲν ὀλίγων, δεσπότην, ἂν δὲ πλειόνων, οἰκονόμον, ἂν δ' ἔτι πλειόνων, πολιτικὸν ἢ βασιλικὸν, ὡς οὐδὲν διαφέρουσιν μεγάλην οἰκίαν ἢ μικρὰν πόλιν· καὶ πολιτικὸν δὲ καὶ βασιλικὸν, ὅταν μὲν αὐτὸς ἐφεστήκη,

βασιλικὸν, ὅταν δὲ κατὰ τοὺς λόγους τῆς ἐπιστήμης τῆς τοιαύτης κατὰ μέρος ἄρχων καὶ ἀρχόμενος, πολιτικὸν ταῦτα δ' οὐκ ἐστὶν ἀληθῆ). ὁ δὲ ἦλον δ' ἔσται τὸ λεγόμενον ἐπισκοποῦσι κατὰ τὴν ὑφηγημένην μέθοδον. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ σύνθετον μέχρι τῶν ἀσυνθέτων ἀνάγκη διαιρεῖν (ταῦτα γὰρ

ρ ἐλάχιστα μόρια τοῦ παντός), οὕτω καὶ πόλιν ἐξ ὧν σύγκειται σκοποῦντες ὁψόμεθα καὶ περὶ τούτων μᾶλλον, τί τε διαφέρουσιν ἀλλήλων καὶ εἴ τι τεχνικὸν ἐνδέχεται λαβεῖν περὶ ἕκαστον τῶν ῥηθέντων. εἰ δὲ τις ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα φυόμενα βλέψειεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐν τούτοις

# FVLGVR

VIII  
asses

Dies Veneris a.d. XIII Id. Sext. DCLXXXX a.V.c.

## QUID FECISTI, SPARTACE? Iterum lascivit furens!

plura perscrutanda in p. IV



**Heri vesperi diurnarii  
Fulguris imaginem  
exceperunt humanam  
fidem excedentem.**

Clodia Pulchra (XXX), mulier princeps factionis, cui nomen est Feminae sibi, cuique his ultimis diebus semper plures aves, scilicet dei nostri, favent et Clodiae paene consulatum primum femineum ominantur, sexum suum verum nuper casu monstravit! Domum intravit femina, domo exivit vir! Quis ergo est?! Medici sexus examinandi periti imagines diligenter perscrutati sunt et compererunt esse - quid mirum! - Publium Clodium Pulchrum (XXX), virum plebeium ac hominem fama (mala) notissimum. Statim interrogavimus eius propinquos familiaresque, quid de hac re censerent. Lucullus ille (LII), maritus Clodii sororis, Fulguri

dixit: „Quid? Clodiumne simulare se esse feminam? De hac re nihil scio nec talia credo. Soror eius solet dicere eum esse potius aprum.“ Alio vero modo loquitur vicina eius (CI), quae nomen celare voluit: „Clodiusne? Non mecastor miror, nam semper ei placuit vestimenta mutare et personas diversas induere. Olim puer septem annorum in gallinarium meum intravit personam vulpis agens.“ Stomachum re vera movet. Ipse Clodius nobis usque ad hoc temporis momentum nullum responsum dedit. Cur hoc facit? Ad quem usum? Cui bono? Haec omnia arcana manent. Factioni autem illi calamitatem maximam attulit.

Calpurnia Flagitatrix Molesta

## INCREDIBILE VISU Femina pulchra est vir impudens!



TESTIMONIA CLODII AMASIARVM pag. III

## Quid censes de iuribus mulierum? Fierine potest, ut femina consul sit?



**Gaius Anabolicus Luctator (XXXII), aquilifer**

Feminas amo. Si qua mecum luctari vult, semper sum paratus. Sed in palaestra plerumque de his rebus non cogito.



**Carolus Gallulus Nemorensis (XXXV), scriba**

Exstant mulieres, quae propter artes suas aptissimae sint ad exsequenda munera peculiaria, e. g. ad aerarium curandum.



**Volvox Globator (LXXV), rude donatus**

Vidistine aliquando feminam currum bene regentem, quin immo feminam currum recte in via collocantem? Quomodo ergo rem publicam gerant?



**Capsella Bursa Pastoris (XXXI), matrona**

Feminae exercitum ducere possunt, aedificia construere, currus regere, leges ferre, consulesque creare. Quibus talia displicent, legant Lysistratam.



**Parva Rubra Cuculla (XX), histrix**

Mulieres quae rem publicam gerere volunt, nullo modo vestigium carbonicum augent. Elige feminam, servabis viros, liberos et bestias omnes.

## SEPTEMNE AN **SEX** ARTES LIBERALES?



## SVDOCV SAGIS MAGISQVE DICATVM

VII		IV		VI		IX	
					IX	IV	II
II							
		VIII		V		IX	

## IOCVS DIEI

Philosophus somnum capere cupiens, cum pulvinum non haberet, servo mandavit ut amphoram capiti supponeret. Quo dicente nimis duram esse, iussit eam plumis impleri.



Vestitus principalis: Versacius	14 000 HS
Calcei (non videntur): Manolus Salutaris	5 000 HS
Armilla: Tiphanius	2 000 HS
Rosae in capillis: Societas Paestiana	500 HS
Cetera ornamenta: Discordius	1 500 HS
Odor: Coco Cunicula	2 000 HS
Elegantia	Inaestimabilis

# Urbanitas evanescit, rusticitas cum fortitudine aequatur



Scribonia Larga

Terentia filia Terentii, Romana dives ac pudica. Mulier, quae magna cum diligentia, maiore cum studio, maximo cum amore curat non solum maritum liberosque duos, sed etiam praedia, villas, servos atque fundos cum suis tum coniugis. Non dubitat, quin maritus eius futurus sit consul omnium optimus.

**Terentia, convenimus hoc loco, in popina, cui nomen est „Apud loquacem“ quaeque sita est prope Forum Romanum. Maritus tuus saepissime in Foro versatur. Nunc etiam candidatus est consulatus. Quid de hac re censes?**

Quid dicam? Potesne domi tenere aliquem, cuius mens paene semper in foro versatur? Ille ipse me interrogavit, num vellem consulem domi habere. Dixi: „Minime.“ Dixit: „Bene, nunc tibi explicabo, cur necesse sit me consulem fieri.“ Et post quinque horas, cum eum loquentem conata eram auscultare, dixi: „Ita, volo.“

**Quid putas de aemulis mariti tui? Non semper bene se gerunt...**

Nonnulli sunt pessimi! Urbanitas evanescit, rusticitas cum fortitudine

aequatur. At Quirites talia vident et sua suffragia prudenter ferent.

**Praeter haec omnia curae sunt tibi duo liberi diversae aetatis. Habetis Marcum minimum et Tulliam, quae iam quindecim annos nata est. Non est facile utrumque recte instituere. Adiuvatne Marcus maior?**

Marcus parvulus adhuc mellitus est. Plerumque non vagit et ridens ludit crepundiis. At si pater conatur ei recitare aliquid de arte dicendi, plerumque opera sua, tunc Marculum flentem consolari non possumus. (*ridet*) Alioquin est pater humanissimus benignusque.

Et Tullia... Aetas eius aliquantulum difficilis est. Ipsa certe talia mente fingere potes. Haud multum mecum loquitur, vestimenta mira gerit, sero

domum venire solet. Tamen est Tulliola nostra carissima, quae semper animos nostros gaudio afficere potest. Mox autem eam non tam saepe conveniemus, nam in matrimonium post aliquot menses ducetur.

**Omnes sciunt te esse lanificam, coquam et mulierem piissimam, quae ceteris feminis exemplum eximium praebet. Suntne tibi haec omnia re vera cordi?**

Lanas ducere mihi placet. Adfert mihi tranquillitatem et pacem. Etiam hortum nostrum magno cum gaudio excolo. Si autem video, quid ancillae nonnullis occasionibus coxerint, tum potius ipsa coquere volo.

**Hortumne re vera excolis? Mirabile dictu! Matronae Romanae plerumque ipsae hortos non curant...**

Mihi valde placet. Flores sunt lepidi, arbores sunt venustae, sed holera sunt omnium formosissima: lactuca, brassica, porrum, apium... haec omnia habeo. Et fortasse mihi temporibus futuris ex terris ignotis advehent etiam lycopersica, mala terrestria et capsica. Unam quoque arborem carissimam habeo, est enim arbor gentis nostrae, morum eximia specie, sub qua solemus cum Cicerone meo sedere atque

contemplare hortum nostrum. Una tantum bestia me vexat – talpa. Pessimum animal!

**Quid hodie coquis?**

Ius cremoris cum pane tosto cum vino et cum lardo. Cibum optimi saporis. Commendo omnibus.

**Potesne nobis praeceptum coquendi praebere?**

Nullo modo, ignosce! Est arcanum, est arcanum aviae Pomponii Attici.

**Quo modo iuventus tua sempiterna obtineri potest? Quin immo vestimenta optime electa et medicamina faciei eximia te semper habere bene animadverti. Praefersne certos vestificos?**

Gratias tibi ago plurimas. Non restat mihi multum temporis ad corpus ornandum. Natura autem mea me multum adiuvat, notas enim geneticas optimas habeo. Ceterum ad corpus oleis tantum utor naturalibus, faciem vero aqua rosea purgo et nonnumquam in lacte asinarum me lavo. Medicamina enim artificialia in odio habeo. Etiam cibus tantum vescor qui valetudini prosunt. Plerumque emo vestimenta apud Versacium vestificum. Aliquando etiam apud Dulcem et Caballum. Praesertim autem oportet laeta mente sis et corpus laetum semperque iuvene erit.

**Tu et Marcus Tullius iam plus quam XV annos coniuges estis et exemplum toti Romae. Quod est arcanum talis felicitatis coniugalis?**

Tantum hoc dicam: Qualis orator, talis amator. (*ridet*) Maritus est vir eximius et ego eum unoquoque temporis momento sublevare volo. Aliquando



In hortulo suo

**Nulla vectigalia  
Nulla bella  
Nulla pretia  
Nulla penuria**

**Pecunia cuilibet seni  
Coblichae cuilibet esurienti  
Villa cuilibet familiae  
Omnia omnibus**  
(praeter Asionem)

**L. Sergius CATILINA  
vicinus vester**

**Salvete !  
homines !**



**Ita, meliora erunt!**



**VNA ROMAM MELIOREM REDDEMVS**

**MAXIMI ÆSTIMAMVS CVLTVM ATQVE  
HVMANITATEM, QVÆ BARBARIÆ RESISTET**

**CORDI EST NOBIS FAMILIA ROMANA  
QVÆ A MAIORIBVS TRADITA ERAT**

**INDVCEMVS MORES  
QVOS HONORES NON MVTABVNT**

**PRÆBEMVS VIRTVTEM  
QVÆ VBIQVE VALEBIT**

**MARCVS TVLLIVS CICERO**  
VIR OPTIMVS DICENDI PERITVS

 **OPTIMATES**

# EQVI SVPER OMNIA



## MAXIMA OMNIBVS RECTIS

Maior currus, maior mas

Pax viridis, vita miserrima

Equi validi celeresque: unica via ad virilitatem

Viros ad gubernacula, feminas in culinam!

Effeminatos in cloacam!

**PHILHIPPOS PERSA**

currum rei publicae semper recte gubernabit

**AVRIGAE**

VIRTUTES PERTINENT AD VIROS

AMICI MONTIS VESUVII  
DUOBUS CERTANTIBUS TERTIUS SE PARAT

# SOMNIA NOSTRA

Quot capita tot palaestrae

Si vis pacem, para ludos (Olympicos)

Hastam tene, virtutes sequentur

Nulla dies sine musculo

Exercitatio matutina est tamquam medicina

Vectigalia minora hominibus corporibus pulchris

Victuri te salutant! Exercemini mecum!

CN. SPARTACUS REDIVIVUS

MENS SANA IN CORPORE PULCHRO





**P. Clodia Pulchra**  
Consul vestra futura non plus ultra

**VNA VESTRVM**

## **ARGVMENTA PRINCIPALIA**

**Matres conscriptae meliores patribus conscriptis!  
Triumfeminae meliores triumviris!  
Vagina melior gladio!**

**Feminae omnia omnino optime faciunt,  
quae mares mediocriter moliuntur.**


**Alere infantes mammis suis?  
Acquire nutricem!**

**Feminae in cursu honorum,  
feminae in scaena,  
feminae in exercitu?  
Semper et in perpetuum!**

**Casta, proba, domiseda?  
Numquam!**



**Volumus emancipationem iam a die natali, magistras discipulasque in ludis, iura stipendiaque aequa!**



Displicentne vobis crudeles vivendi condiciones bestiarum in arenis?  
Recusatisne numerum nimis magnum equorum curruumque in viis?

Patiminine anates sacras in caveis teneri?

Amatisne lucos sacros virentes?

Fovetisne commercium aequum?

Cupitisne inhalare aerem purum?

Vultisne vestigium carboneum minui?

ME CONSULE FIET

*C. Antonius Hybrida  
consul viridis virtute*

*PAX ROMANA*

*VIRIDIS PAX*



#SemperVi



**REGES REDITE**

## **L. TARQUINIUS SUPERVOS DEI GRATIA REX**

**REX NON EST INCOLA MONTIS, REX NON EST PASTOR, REX  
NON HIC ARMENTA GREGESQUE HORRIDUS OBSERVAT.**

**REGEM FUGIUNT VENTI, REGEM NUBILA CAELI  
ADVENTUMQUE EIUS. REGI SUAVIS PAEPALA TELLUS  
SUMMITTIT FLORES, REGI RIDENT AEQUORA PONTI  
PLACATUMQUE NITET DIFFUSO LUMINE CAELUM.**

**REX TAM VULTU QUAM AFFECTU EST ADMIRANDUS, EMINET  
ATQUE EXCELLIT. REX EST QUI METUIT NIHIL, REX EST QUI  
CUPIT NIHIL. REX REGIT IMPERIO POPULOS PACIQUE  
IMPONIT MOREM, PARCIT SUBIECTIS ET DEBELLAT  
SUPERBOS.**

**REX PRIMUM IMPERAT SIBI QUOD MAXIMUM IMPERIUM EST.  
REX EST IUSTITIA QUAE ENIM UNA OMNIUM VIRTUTUM EST  
DOMINA ET REGINA. REX BENE MORATUS ET CONTUMELIAE  
PATIENS EST MAGNA PARS LIBERTATIS. REX SPONTE SUA  
SINE LEGE FIDEM RECTUMQUE COLIT.**

**REX NON EST MORTVVS.  
VIVAT REX!**



**REGES REDITE**

## **L. TARQUINIUS SUPERVOS DEI GRATIA REX**

**REX NON EST INCOLA MONTIS, REX NON EST PASTOR, REX  
NON HIC ARMENTA GREGESQUE HORRIDUS OBSERVAT.**

**REGEM FUGIUNT VENTI, REGEM NUBILA CAELI  
ADVENTUMQUE EIUS. REGI SUAVIS PAEPALA TELLUS  
SUMMITTIT FLORES, REGI RIDENT AEQUORA PONTI  
PLACATUMQUE NITET DIFFUSO LUMINE CAELUM.**

**REX TAM VULTU QUAM AFFECTU EST ADMIRANDUS, EMINET  
ATQUE EXCELLIT. REX EST QUI METUIT NIHIL, REX EST QUI  
CUPIT NIHIL. REX REGIT IMPERIO POPULOS PACIQUE  
IMPONIT MOREM, PARCIT SUBIECTIS ET DEBELLAT  
SUPERBOS.**

**REX PRIMUM IMPERAT SIBI QUOD MAXIMUM IMPERIUM EST.  
REX EST IUSTITIA QUAE ENIM UNA OMNIUM VIRTUTUM EST  
DOMINA ET REGINA. REX BENE MORATUS ET CONTUMELIAE  
PATIENS EST MAGNA PARS LIBERTATIS. REX SPONTE SUA  
SINE LEGE FIDEM RECTUMQUE COLIT.**

**REX NON EST MORTVVS.  
VIVAT REX!**

*Mercuri. tu omnes artes novisti pecuniam cumulandi.  
parandi. congerendi. conficiendi et bene adhibendi.  
Esaudax. subdolos. varius. cuiuslibet rei simulator ac  
dissimulator et optimus mercator - ut ego. Itaque me  
adiuva!*

*vulcane, te admiror. Non ad te nimia  
humilitas pertinet neque curae  
"sustineabilitatis" simulatae neque  
parsimonia supervacua. Assidue artem  
tuam factitas. Macte virtutis! Succurre  
mihi, nam oportet rotae volvantur.*

*Quem alium de auxilio rogem nisi deorum regem?  
Quia qualis rex, talis grex. Et ego enim volo tui  
similis esse - optimus maximus.*

*Nobis auxilio atque exemplo sis tu,  
regia Iuno. Tu enim Iove semper  
absente Olympum et totum mundum  
regis. Etsi aspera es et iracunda, iustis  
vero causis et per aspera ad astra.*

*Flora omnia viridia et omnes virides  
custodiens, Diana omnes bestias amans,  
procuratrices rerum naturae, favete mihi!  
Una minuemus vestigium nostrum  
carbonicum.*

*Tecum. Mars. expergiscor. me exerceo.  
pugno et ceno. tantum in lecto, ignosce.  
cola Venerem. Tamen sis mihi propitius!*

*Dis omnibus adjuvantibus consulatum peto, nam  
cultus deorum est optimus idemque castissimus  
atque sanctissimus plenissimusque pietatis, ut  
eos semper pura integra incorrupta et mente  
et voce veneremur.*

*Mercuri. tu omnes artes novisti pecuniam cumulandi.  
parandi. congerendi. conficiendi et bene adhibendi.  
Esaudax. subdolos. varius. cuiuslibet rei simulator ac  
dissimulator et optimus mercator - ut ego. Itaque me  
adiuva!*

*vulcane, te admiror. Non ad te nimia  
humilitas pertinet neque curae  
"sustineabilitatis" simulatae neque  
parsimonia supervacua. Assidue artem  
tuam factitas. Macte virtutis! Succurre  
mihi, nam oportet rotae volvantur.*

*Quem alium de auxilio rogem nisi deorum regem?  
Quia qualis rex, talis grex. Et ego enim volo tui  
similis esse - optimus maximus.*

*Nobis auxilio atque exemplo sis tu,  
regia Iuno. Tu enim Iove semper  
absente Olympum et totum mundum  
regis. Etsi aspera es et iracunda, iustis  
vero causis et per aspera ad astra.*

*Flora omnia viridia et omnes virides  
custodiens, Diana omnes bestias amans,  
procuratrices rerum naturae, favete mihi!  
Una minuemus vestigium nostrum  
carbonicum.*

*Tecum. Mars. expergiscor. me exerceo.  
pugno et ceno. tantum in lecto, ignosce.  
cola Venerem. Tamen sis mihi propitius!*

*Dis omnibus adjuvantibus consulatum peto, nam  
cultus deorum est optimus idemque castissimus  
atque sanctissimus plenissimusque pietatis, ut  
eos semper pura integra incorrupta et mente  
et voce veneremur.*

Úkoly pro soutěžící:

# CERTAMEN LATINUM 2025

## CLASSIS A

### RESPONDETE AD INTERROGATA

#### PARS I

summa punctorum  
(150)

numerus athletae

max.

6

- I. Římský historik Tacitus otevírá svou knihu o dějinách Říma větou *Urbem Romam a principio reges habuere, libertatem et consulatum L. Brutus instituit*. Přestože události z tzv. královské doby spadají spíše do oblasti mytologie než skutečné historie, pro Římany byly důležitou součástí národní identity. Co se o římských králích traduje?

Prvním římským králem byl \_\_\_\_\_, po jeho smrti nastoupil na trůn Numa Pompilius. Celkem vládlo v Římě \_\_\_\_\_ králů, poslední z nich se jmenoval \_\_\_\_\_. Jeho syn Sextus se ovšem dopustil ohavného činu – znásilnil ctnostnou ženu jménem \_\_\_\_\_, a král byl z Říma vyhnán. Toto „vyhnání králů“ podle tradice proběhlo v roce \_\_\_\_\_ př. n. l. Prvním konzulem se stal muž jménem \_\_\_\_\_.

4

- II. V životě římského politika hrál významnou úlohu koncept tzv. *cursus honorum*, tedy daná posloupnost funkcí, jimiž politik musel postupně projít, pokud chtěl dosáhnout na nejvyšší příčky. Doplňte následující text s pomocí slov: *consul, quaestor, aedil, praetor*.

Prvním úřadem, do nějž mohl být mladý muž z významné rodiny zvolen (nejdříve ve 30 letech), byl \_\_\_\_\_, který pomáhal spravovat finance státu. Poté mohl být zvolen \_\_\_\_\_, který dohlížel na pořádek ve městě a organizoval hry. Dalším krokem bylo zastávání úřadu \_\_\_\_\_, který měl na starost dohled nad soudy. Následovala dvouletá přestávka, po níž se mohl ucházet o nejvýznamnější post. Pokud byl zvolen, řídil ve funkci \_\_\_\_\_ armádu a stát.

3

- III. Vysvětlete, za jakých okolností a na jak dlouho byl v římské republice jmenován **diktátor**. Uveďte jméno jednoho z římských diktátorů.

a) za jakých okolností:

b) na jak dlouho:

c) diktátorem byl např.:

2

- IV. Konzuly se obvykle stávali urození muži, jimž bylo minimálně 42 let. V antických pramenech však nalezneme i výjimky. O kom se jako o možném konzulovi žádné dochované prameny nezmiňují?

- a) o dvacetiletém muži  
b) o ženě  
c) o koni  
d) o plebejci

V. Kterými dvěma způsoby zápisu mohli Římané označit rok?

2

1.

2.

**RESPONDETE AD INTERROGATA  
PARS II**

VI. Přeložte následující části textu, jímž se voličům představuje L. Tarquinius Supervos:

30

*Rēx nōn est incolā montis. Rēgem fugiunt ventī, rēgem nūbila caelī adventumque eius. Rēx est, quī metuīt nihil. Rēx est, quī cupīt nihil. Rēx regīt imperiō populōs, parcīt subiectīs et dēbellat superbōs. Rēx primum imperat sibi, quod maximum imperium est. Rēx est iūstītia, quae enim ūna omnium virtūtum est domina et rēgīna. Rēx est magna pars libertātis. Rēx sponte suā, sine lēge fidem rēctumque colit.*

---

---

---

---

---

---

---

---

VII. Napište synonymum k výrazu *Quirites*:

2

VIII. *Rēx est quī metuīt nihil.*

6

a) Určete podtržený slovesný tvar (všechny kategorie!):

b) Zapište druh vedlejší věty:

c) Určete, ve kterém pádu je ve větě použito slovo *nihil*:

IX. M. Tullius Cicero říká: *Consules Romani totum paene orbem terrarum regunt.*

5

Převeďte jeho tvrzení do pasiva, aniž změníte význam:

2  **X.** *Vita miserrima!* Napište první (základní) stupeň podtrženého adjektiva ve slovníkovém tvaru.

2  **XI.** Na volebním letáku strany AMV si můžete všimnout několika pozmeněných latinských rčení. Zapište jich co nejvíce latinsky v jejich původní podobě:

### RESPONDETE AD INTERROGATA

#### PARS III

2  **XII.** Kterého dne, měsíce a roku se konala televizní politická debata kandidátů? (Datum uveďte česky, tj. např. 21. března 2025.)

2  **XIII.** Kteří konzulové v Římě momentálně, tj. v době probíhající volební kampaně, vládnou? Zapište jejich celá jména, včetně rozepsaného *praenomen*. NB: Odpověď nenajdete v televizní debatě!

14  **XIV.** V letošních konzulských volbách kandiduje celkem 7 politických uskupení.

a) Uveďte česky všechny jejich názvy.

b) Zapište jméno božstva, o jehož podporu se kandidát daného uskupení uchází.

politické uskupení	jméno božstva

**XV.** Co bylo předmětem závěrečného sporu kandidátů v televizní debatě?

2

**XVI.** Jak chce kandidát FND vyřešit krizi bydlení v Římě?

2

**XVII.** Od koho má Terentia recept na dnešní oběd?

2

**XVIII.** Které zvíře Terentii otravuje?

2

**XIX.** Které kosmetické produkty tato žena používá kromě přírodních olejů?

4

**XX.** Deník *Fulgur* se zeptal běžných Římanů, co si myslí o touze žen více se zapojit do veřejného života. Odhadněte na základě odpovědí respondentů, se kterými politickými uskupeními nejspíše sympatizují:

**Gaius Anabolicus Luctator**

**Volvox Globator**

**Capsella Bursa Pastoris**

**Parva Rubra Cuculla**

**XXI.** Na základě čeho usuzuje V. Globator, že ženy nemohou dobře řídit stát?

3

**XXII.** Co by se mělo podle kandidáta strany Aurigae vybudovat na Martově poli?

2

**XXIII.** Kandidát strany AMV má pro Řím vizionářský plán, který se o cca 130 let později opravdu uskutečnil. O jakou konkrétní stavbu se jedná?

2

**XXIV.** Jaký byl příbuzenský vztah mezi P. Clodiem Pulchrem a L. Liciniem Lucullem?

2

**XXV.** Kdo je Scribonia Larga?

2

**XXVI.** A teď pár čísel. Do kroužků níže запиšte arabskými číslicemi:

12

- a) Kolik hodin přesvědčoval Cicero manželku, než souhlasila, že si přeje, aby byl konzulem?
- b) Kolik sesterciu (HS) stály střevíčky, které má na sobě Terentia v době rozhovoru?
- c) Kolik lidí letos v Římě trpí plicními problémy?
- d) Za kolik let bude podle C. Antonia Hybridy v Římě více vozů než lidí?
- e) V kolika letech provedl Clodius neplechu sousedce?
- f) Kolik let je písaří, který se domnívá, že to ženy umějí se státní kasou?

a)

b)

c)

d)

e)

f)

**XXVII.** Co leží **na srdci** kandidátovi Optimátů?

2

**XXVIII.** Co slibuje kandidát jisté malé strany lidem s krásnými těly?

2

**XXIX.** Kandidát jiné malé strany proklamuje, že zná jedinou správnou cestu, jak dosáhnout mužnosti. Co je k tomu podle něj potřeba?

2

**XXX.** Co chce snížit kandidát na konzula C. Antonius Hybrida?

2

**XXXI.** Kandidát kterého politického uskupení slibuje:

3

a) že zcela zruší daně a poplatky?

b) že společně vybudujeme lepší Řím?

c) podporu „fair trade“?


**XXXII.**

Prohlédněte si graf vývoje volebních preferencí v Římě za poslední rok. NB: Poslední hodnota v grafu už není predikce, ale skutečný výsledek voleb. Na základě informací, které o jednotlivých uskupeních a kandidátech máte, a popisu grafu v šedém rámečku odvoďte, která linka patří kterému politickému uskupení, a doplňte legendu:

7

**Numerus avium singularum factionum**

in summa sunt nonaginta aves



Legenda:
A
B
C
D
E
F
G

- Optimates, ut solent, victores sunt.
- AMV totam hiemem exercent. Postea candidatum suum in „pugnam de consulatu“ mittunt. Nimis sero!
- Candidatus FND mense Aprili victor esse videtur.
- Ad factionem littera D signatam plures et plures aves per multos menses advolant! Subito post calamitatem illam sexualem multae aves ab ea transvolant ad factionem, quae rerum naturam protegit.
- Reges denique nemo eligit.
- Amatores equorum celerium per totum annum circa X aves habent.

NB: *videri* = zdát se  
*calamitas* = zde: skandál

**XXXIII.**

**A kdo tedy bude římské říši v příštím roce vládnout?**

2

# CERTAMEN LATINUM 2025

## CLASSIS B

### RESPONDETE AD INTERROGATA

#### PARS I

summa punctorum  
(170)

numerus athletae

- max. 6  I. Římský historik Tacitus otevírá svou knihu o dějinách Říma větou *Urbem Romam a principio reges habuere, libertatem et consulatum L. Brutus instituit*. Přestože události z tzv. královské doby spadají spíše do oblasti mytologie než skutečné historie, pro Římany byly důležitou součástí národní identity. Co se o římských králech traduje?

Prvním římským králem byl \_\_\_\_\_, po jeho smrti nastoupil na trůn Numa Pompilius. Celkem vládlo v Římě \_\_\_\_\_ králů, poslední z nich se jmenoval \_\_\_\_\_. Jeho syn Sextus se ovšem dopustil ohavného činu – znásilnil ctnostnou ženu jménem \_\_\_\_\_, a král byl z Říma vyhnán. Toto „vyhnání králů“ podle tradice proběhlo v roce \_\_\_\_\_ př. n. l. Prvním konzulem se stal muž jménem \_\_\_\_\_.

- 4  II. V životě římského politika hrál významnou úlohu koncept tzv. *cursus honorum*, tedy daná posloupnost funkcí, jimiž politik musel postupně projít, pokud chtěl dosáhnout na nejvyšší příčky. Doplňte následující text:

Prvním úřadem, do něž mohl být mladý muž z významné rodiny zvolen (nejdříve ve 30 letech), byl \_\_\_\_\_, který pomáhal spravovat finance státu. Poté mohl být zvolen \_\_\_\_\_, který dohlížel na pořádek ve městě a organizoval hry. Dalším krokem bylo zastávání úřadu \_\_\_\_\_, který měl na starost dohled nad soudy. Následovala dvouletá přestávka, po níž se mohl ucházet o nejvýznamnější post. Pokud byl zvolen, řídil ve funkci \_\_\_\_\_ armádu a stát.

- 3  III. Vysvětlete, za jakých okolností a na jak dlouho byl v římské republice jmenován **diktátor**. Uveďte jméno jednoho z římských diktátorů.

a) za jakých okolností:

b) na jak dlouho:

c) diktátorem byl např.:

- 2  IV. Konzuly se obvykle stávali urození muži, jimž bylo minimálně 42 let. V antických pramenech však nalezneme i výjimky. O kom se jako o možném konzulovi žádné dochované prameny nezmiňují?

- a) o dvacetiletém muži  
b) o ženě  
c) o koni  
d) o plebejci

V. Kterými dvěma způsoby zápisu mohli Římané označit rok?

2

1.   
2.

**RESPONDETE AD INTERROGATA  
PARS II**

VI. Přeložte pasáž, jíž se divákům představuje M. Tullius Cicero:

30

*Dē summā salūte vestrā populique Rōmāni, dē vestrīs coniugibus ac liberīs, dē arīs ac focīs, dē fānīs atque templīs, dē tōtius urbis tēctīs ac sēdibus, dē imperiō ac libertāte, dē salūte Italiae, dē ūniversā rē pūblicā decernite diligenter ac fortiter. In mē enim habebitis eum cōsulem, quī et pārere vestrīs decrētīs nōn dubitet et ea, quae statueritis, quoad vivet, dēfendere et per sē ipsum praestāre possit.*

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

VII. Napište synonymum k výrazu *Quirites*:

2

VIII. *Statim interrogavimus eius propinquos familiaresque, **quid de hac re censerent**.*

7

a) Určete podtržený slovesný tvar:

b) Zapište druh vedlejší věty:

c) Převeďte větu vedlejší na přímou řeč:

„\_\_\_\_\_?“

IX. *Rex est mortuus. Vivat rex!*

4

a) Určete podtržený slovesný tvar:

b) Proč je v této větě použit právě tento tvar?

2  **X.** Napište ostatní stupně adjektiva ve zvolání *Pessimum animal!* Ostatní gramatické kategorie zachovejte.

→  →

2  **XI.** *Vita miserrima!* Napište ve slovníkovém tvaru dvě další adjektiva, které tvoří superlativ pomocí přípony *-rimus*.

2  **XII.** Na volebním letáku strany AMV si můžete všimnout několika pozměněných latinských rčení. Zapište jich co nejvíce latinsky v jejich původní podobě:

**RESPONDETE AD INTERROGATA**  
**PARS III**

2  **XIII.** Kterého dne, měsíce a roku se konala televizní politická debata kandidátů? (Datum uveďte česky, tj. např. 21. března 2025.)

2  **XIV.** Kteří konzulové v Římě momentálně, tj. v době probíhající volební kampaně, vládnou? Zapište celá jména, včetně rozepsaného *praenomen*. NB: Odpověď nenajdete v televizní debatě!

15  **XV.** V letošních konzulských volbách kandiduje celkem 7 politických uskupení.

a) Uveďte česky všechny jejich názvy.  
b) Zapište jméno božstva, o jehož podporu se kandidát daného uskupení uchází.  
c) Označte křížkem jediné uskupení, které v Římě pod daným názvem skutečně existovalo:

politické uskupení	jméno božstva

**XVI.** Co bylo předmětem závěrečného sporu kandidátů v televizní debatě?

2

**XVII.** Jak chce kandidát FND vyřešit krizi bydlení v Římě?

2

**XVIII.** Uveďte druh stromu, pod kterým na zahradě rád sedává hlavní favorit voleb se svou manželkou.

2

**XIX.** Které zvíře zmíněnou manželku otravuje?

2

**XX.** Které kosmetické produkty tato žena používá kromě přírodních olejů?

4

**XXI.** Deník *Fulgur* se zeptal běžných Římanů, co si myslí o touze žen více se zapojit do veřejného života. Odhadněte na základě odpovědí respondentů, se kterými politickými uskupeními nejspíše sympatizují:

8

**Gaius Anabolicus Luctator**

**Volvox Globator**

**Capsella Bursa Pastoris**

**Parva Rubra Cuculla**

**XXII.** Před několika dny se na Via Appia udála nepříjemnost, již způsobil tlustý kůň. Uveďte následující detaily této události:

6

a) Co kůň sežral?

b) Co se s koněm stalo?

c) Co kůň způsobil?

**XXIII.** O čem snil Catilina, když náhodou spal?

2

**XXIV.** Co by se mělo podle kandidáta strany Aurigae vybudovat na Martově poli?

2

2 **XXV.** Kandidát strany AMV má pro Řím vizionářský plán, který se o cca 130 let později opravdu uskutečnil. O jakou konkrétní stavbu se jedná?

2 **XXVI.** Jaký byl příbuzenský vztah mezi P. Clodiem Pulchrem a L. Liciniem Lucullem?

2 **XXVII.** Kdo je Scribonia Larga?

14 **XXVIII.** A teď pár čísel. Do kroužků níže запиšte arabskými číslicemi:

- a) Kolik hodin přesvědčoval Cicero manželku, než souhlasila, že si přeje, aby byl konzulem?  
b) Kolikátého května vyšel článek o komplikované dopravní situaci v Římě?  
c) Kolik lidí letos v Římě trpí plicními problémy?  
d) Za kolik let bude podle C. Antonia Hybridy v Římě více vozů než lidí?  
e) V kolika letech provedl Clodius neplechtu sousedce?  
f) Kolik let je písaři, který se domnívá, že to ženy umějí se státní kasou?  
g) Ve kterém roce př. n. l. ( $\pm 1$ ) se narodil Lucullus?

a)  b)  c)  d)  e)  f)  g)

2 **XXIX.** S kým vstává a večerí kandidát strany AMV?

2 **XXX.** Které specifické skupině obyvatel slibuje nižší daně kandidát jedné malé strany?

2 **XXXI.** Kandidát jiné malé strany proklamuje, že zná jedinou správnou cestu, jak dosáhnout mužnosti. Co je k tomu podle něj potřeba?

2 **XXXII.** Jakou konkrétní pomoc slibuje jistý kandidát posvátným husám?

3 **XXXIII.** Kandidát kterého politického uskupení slibuje:

a) že zcela zruší daně a poplatky?

b) podporu tradiční rodině?

c) podporu „fair trade“?


7

XXXIV.

Prohlédněte si graf vývoje volebních preferencí v Římě za poslední rok. NB: Poslední hodnota v grafu už není predikce, ale skutečný výsledek voleb. Na základě informací, které o jednotlivých uskupeních a kandidátech máte, a textu v šedém rámečku odvoďte, která linka patří kterému politickému uskupení, a doplňte legendu:

### Numerus avium singularum factionum

in summa sunt nonaginta aves



Legenda:

A

B

C

D

E

F

G

- Optimates, ut solent, victorem praebuerunt.
- Factio AMV nimis sero candidatum suum in „pugnam de consulatu“ misit, nam totam hiemem occupati erant exercendo.
- Nobilium dissentientium candidatus mense Aprili victor esse videbatur.
- Ad factionem littera D signatam unoquoque mense plures et plures aves advolabant, cum subito divulgato illo opprobrio pleraeque aves ab ea transvolaverunt ad factionem, quae rerum naturam proteguit.
- Etsi nonnullae aves praedicabant reges Romam reverti posse, denique nemo regibus suffragium tulit.

XXXV.

A kdo tedy bude římské říši v příštím roce vládnout?

2




XXXVI.

A nakonec prozrad'te, kterého kandidáta na konzula byste volili vy, a svou volbu zdůvodněte. Zdůvodnění napište latinsky, použijte min. 10 slov, z toho alespoň 1 sloveso, 2 substantiva, 1 adjektivum a 3 další různé slovní druhy.

10



Kandidát:

Zdůvodnění:

---



---



---



---

*Multo maioris momenti est vincere quam participare.*

– C. Iulius Caesar –